LEX XIX. — Ad officium visitatoris pertinet corrigere excessus eorum, qui visitantur, secundum regulam et Papæ statuta, et si opus fuerit, malos et pertinaces expellat, nulla habita personarum acceptione; quòd si id sine scandalo, aut gravi damno facere non possit, referat ad Apostolicum. Hoc dicit.

(1) *Preguntar*. Adde cap. *ea quæ*, *de statu monachor*. unde lex ista sumpta est.

LEY XX. — Como deuen facer los Visitadores contra los Abades e contra los Priores, que fallaren en yerro.

Abades (1) ay, o Priores, en algunos Monesterios, que non obedescen a otri si non al Apostolico: e quando acaesciesse, que estos atales non quisiessen castigar a si mismos o a sus monjes, de los yerros en que fuessen fallados, segund dize su Regla o mandassen los Visitadores, deuelos llamar el Cabildo, e afrentarles delante todos, poniendoles tal pena, que los otros tomen ende escarmiento, de manera que ninguno non sea osado de facer tal cosa. Mas si los Visitadores fallassen, que algun Abad de los que obedescen a los Obispos, es sin recabdo, e no piensa bien de aliñar las cosas de su Monesterio, deue'o dezir luego a su Obispo de aquella tierra, que les de otro de aquella Orden, que sea ome bueno e cuerdo, e que les ayude a gouernar el Monesterio, fasta que fagan el Cabildo general: e el Obispo deuelo assi faze. E si por auentura aquel Perlado, de aquel logar sobredicho, fuesse tan malo, que desgastasse, o echase a mal las cosas del Monesterio, o si ouiesse fecho otros yerros, porque ouiesse de perder el Abadia; desque los Visitadores lo dixessen al Obispo, deuenlo dende tirar sin otro juyzio, e poner en su logar algun ome bueno, que aliñe lo del Monesterio, fasta que fagan otro Abad. E si el Obispo non quisiere, o non touiere cuydado de lo fazer assi, los Visitadores, o los otros que fueron puestos por Mayorales en el Cabildo general, faganlo saber luego al Apostolico el yerro del Obispo. Otrosi los Abades que non obedescen a otro si non al Apostolico (2), si ouieren fecho algunos males, porque deuan ser depuestos de las Abadias, los Visitadores, o los otros Mayorales del Cabildo general, deuen embiar omes buenos e sabidores al Apostolico, que le sepan decir los yerros que fizieron aquellos Abades, e las otras cosas que les quisieren dezir: e a estos mensajeros deuenles dar todos los Adades despensas, segun las riquezas de sus Monesterios. E entre tanto que embian al Apostolico, a dezir los males, e los yerros que fizieren aquellos Abades, deuenles vedar, que non se entrometan de las cosas de los Monesterios: e pongan otros que sean buenos e leales para recaudarlos.

LEX XX. — Si visitator invenerit Abbatem immediatè subjectum Romano Pontifici culpabilem in se ipso, vel monachis corrigendis, vocet eum ad capitulum generalem, ut imponatur ei pœna condigna; si verò repertus fuerit culpabilis culpa depositione Abbatiæ digna, referat ad Papam crimina, et interin eum suspendat ab administratione, ponatque alium loco ejus; si aurem Abbas sit non exemptus, fiat per Episcopos, et visitatores, et præsidentes capitulo generali, ut hìc disponitur. Hoc dicit.

(1) *Abades*. Adde dict. cap. *ea quæ*, *de statu monachor*.

(2) *Si non al Apostolico*. Ex hac lege videtur, quòd visitatores generales Ordinis reperientes Prælatum generalem alicujus Ordinis qui quoad alia monasteria est eis loco Episcopi, ut notat Abb. in cap. *in singulis*, *de statu monachor*. 2. colum. Bart. in authent. *de sanctissimis Episcop*. §. *jubemus*, col. 9. et Glos. in cap. 1. 18. quæst. 2. et ipse immediatè subjicitur Papæ) non potuerunt visitatores eum deponere, sed mittere debent ad Papam, ut hìc habetur: sed communiter de hoc provisum est per constitutiones regulares cujuslibet Ordinis: et videas, quæ in hoc tradit Oldrald. consil. 128. *quam ad investigationem*, ubi latè tractat, an Conventus hospitalis Jerosolymitani possit ex causa deponere magistrum suum, maximè si confederationem faciat cum inimicis fidei Christianæ, et alium magistrum eligere: et quòd visitatores generales non possunt Abbatem, vel Abbates exemptos privare, habetur etiam in dict. cap. *ea quæ*; si tamen daretur visitator á Papa, ille benè posset, ut tradunt ibi Doctores, et Abb. in cap. *dilectus*, el 1. *de rescript*.

LEY XXI. — Que deuen facer los Visitadores que fueren puestos de nueuo, despues de los primeros.

Nveuos Visitadores deuen poner, cada que fizieren Cabildo general: e estos quando andouieren por la tierra visitando los Monesterios, deuen preguntar e saber lo que fizieron los otros Visitadores (1), que fueron ante dellos; e lo que fallaren que fizieron demas (2), o que dexaron de emendar, deuenlo dezir en el otro Cabildo general que viniere, porque alli les pongan pena delante todos segun las culpas en que los fallaren. E esso mismo deuen fazer contra los Abades, que ouiessen seydo Mayorales del Cabildo, ante o despues que ouiessen otros puesto en sus logares, e sopiessen los Visitadores que auian fecho algunas cosas, de las que non deuian, e los yerros que fallassen dellos, que los dixessen al Cabildo, e que les pusiessen pena, segun meresciessen. E demas desto establescido es en Santa Eglesia, que los Abades e los Monjes non rescibiessen en sus Monesterios Clerigos seglares, para darles y racion, en manera (3), que touiessen que auian y boz (4), nin logar señalado en la Claustra, nin en el Cabildo, nin en el Dormitorio, nin en el Refitorio; nin se boluiessen en estos logares con los Monjes, teniendo que tenian y derecho con ellos: ca non es razon que en un Monesterio sean omes de dos Habitos, nin de dos profesiones. Mas deuense tener por contentos de los bienes que les fizieren en los Monesterios, e seruirgelo lealmente, faziendo buena vida e honesta, e non les deuen tomar, nin demandar otra cosa por fuerça, de las temporales nin de las spirituales: e si los Visitadores fallassen, que algunos destos Clerigos fuessen de mala vida, o mal fechores; seyendo de los Monesterios que obedescen a los Obispos, deuengelo fazer saber, que les tire los Beneficios que ouieren; e si fueren de los otros Monesterios, que non han otro Mayoral sobre si, si non el Papa, los Visitadores e los otros Mayorales que son en el Cabildo general, gelos pueden toller (5): todas estas cosas sobredichas se entienden, que deuen ser guardadas, non tan solamente en los Monesterios que ay Abades, mas avn en los otros en que hay Priores por Mayorales en logar de Abades; e otrosi en los Monesterios de las Monjas, quanto a aquellas cosas que pertenescen (6) a las Abadesas, o a las Monjas, para guarda de su Orden. E otras muchas cosas ay, que ponen e vsan entre los Religiosos, segund su Regla e sus costumbres buenas, que son tenudos de guardar, maguer non sean escritas en el derecho.

LEX XXI. — In quolibet generali capitulo denuò eliguntur visitatores alii, qui priorum visitatorum scrutantes excessus referant in sequenti capitulo, ut ibi pœna condigna puniantur, et idem de Abbatibus, et præsidentibus generali capitulo. Item ad nullas præbendas in monasterio recipiant monachi clericos sæculares, ita ut sint de congregatione monachorum, habentes vocem in capitulo et locum in choro, sed contenti sint bonis, quæ recipiant; quæ omnia serventur in monasteriis, quæ reguntur per Abbates, sive Priores, et in monasteriis monalium. Hoc dicit.

(1) *Los otros Visitadores* Concordat cum cap *ea quæ*, §. penult. *de statu monachor*.

(2) *De mas*. Adde dict. cap. *ea quæ*, §. fin.

(3) *En manera*. Nota hoc verbum, quia videtur sequi dicta Hostiens. et Joan. Andr. in dict. cap. *ea quæ*, circa intellectum vers. *præcipimus*: quæ tamen contradicit Abb. ibi: vel dic, quòd clerici sæculares non posunt intitulari in monasteriis, et sic non poterit deputari altare in monasterio, ut in eo instituatur clericus sæcularis; poterit tamen deputari aliquod stipendium pro serviendo monasterio perpetuum vel temporale, ut dicit Abb. ubi suprà, et videtur velle etiam ista lex cum inferius dicit, *deuense tener por contentos, etc.* Et vide, quod notat Abb. in cap. *quoniam*, *de privileg*. 2. notabili.

(4) *Boz*. Non potest ergo sæcularis clericus habere vocem in capitulo monachorum vel canonicorum regularium, neque cum eis eligere Abbatem ex pacto post fundationem apposito; ratione tamen consuetudinis, privilegii, vel pacti in fundatione appositi posset, cap. 2. *de in integr. restitut.* cap. *nobis*, *de jure patronat* Joan. Andr. in dict. cap. *ea quæ*, col. penult.

(5) *Toller*. Beneficiati ergò ab exemptis seu qui illis serviunt, sunt exempti, ut hic et in dict. cap. *ea quæ*, vers. *in exemptis*, colligitur: quòd dicit ibi verum esse Joan. Andr. quoad beneficia illa, quæ ab exemptis tenent, non aliàs.

(6) *Que pertenescen*. Quia moniales neque visitabunt, neque corrigent, sed visitabuntur, corrigentur et punientur, cap. *nova*, *de pœnit. et remis*. in tales enim non cadit actio, sed passio, 33. quæst. 5. cap. *est ordo*, et cap. *hæc imago*, et cap. *mulierem*, et Joan. Andr. in dict. cap. *ea quæ*, colum. penult.

LEY XXII. — Que los Abades, nin los Priores, nin los Mayorales non deuen a ninguno rescebir en Orden por precio, nin a pleyto que tenga alguna cosa apartada por suya.

Precio non deuen tomar los Abades (1), nin los Priores, nin las Abadesas (2), nin los otros Mayorales de los Monesterios, quier sea de varones o de mugeres, de aquellos que quisieren entrar en sus Ordenes. Onde aquel que diere alguna cosa, porque lo resciban en la Orden (3), demandandogelo alguno de aquellos del Monesterio do ouiesse entrar; si ante fuesse sabido que lo ordenen, non le deuen dar Ordenes sagradas, e demas deuenlo echar de aquel logar donde lo acogeron, e tornarle lo que auia dado, o embiarlo a otro Monesterio que sea de mas fuerte vida, a el, e al otro que lo rescibio, quier sea de los mayores del Monesterio, o de los otros. Otrosi non le deuen consentir, que aya alguna cosa, que tenga apartadamente por suya (4) (a), fueras si ouiesse oficio en el Monesterio, porque lo pudiesse tener, e estonce sea con otorgamiento de su Abad. E si por auentura fallaren que lo tiene de otra guisa, deuenle vedar que non comulgue con los otros al Altar: e al que lo fallassan que lo touiesse a su muerte, e non lo confessasse, nin se arrepintiesse dello como deue, non han pe cantar Missa por el, nin soterrarlo entre los otros Frayles, mas fuera del Monesterio, segun dize de suso en este titulo, en la ley que comienza: Vida Santa.

(a) Véase nuestra nota al proemio de este título.

LEX XXII. — Non licet pro religionis ingressu aliquid dare; et qui dederit, non promovebitur ad ordinem sacrum; et tam ipse, quàm recipiens expelli debet à monasterio, et in strictorem religionem sunt ponendi, datum danti restituendo. Item monacho non licet habere proprium, nisi de licentia Abbatis habeat alicujus officii administrationem. Hoc dicit.

(1) *Los Abades, nin los Priores*. Concordat cum cap. *monachi*, *de statu monachor*. et cum cap *veniens*, et cap. *dilectus*, et cap. *quoniam simoniaca*, *de simonia*.

(2) *Abadesas*. Vide in cap. *quoniam*, *de simon*. et nota, quòd non debent recipi in monasteriis non mendicantium, nisi tot sorores, quæ posunt ex monasterii proventibus seu reditibus substentare sine penuria.

(3) *Porque lo resciban en la Orden*. Et nota, quòd neque per viam statuti potest fieri, ut ingrediens religionem det tantum, quia simoniacum esset. Abb. post Innocen. in cap. *in præsentia*, colum. 18. *de probation*. et adde Abb. in cap. *cum M. Ferrariensis*, colum. 8. *de constitut*. quid autem si non daretur pro monachatu, sed pro alimentis ingresi, vel ingresæ; et sic pro ejus victu et vestitu? Gloss. in cap. *non satis*, et in dict. cap. *quoniam*, dicit, quòd si ita pauperes sunt, quòd non possunt ibi aliàs aliquem recipere, quia non haberent ibi victum, possent sub hac forma recipere, seu recipi: *Non habemus, quid demus tibi pro victu, nisi tu portes tecnm, undè vivas*, et quòd hoc non erit ilicitum, dum tamen non dicatur in fraudem, et sine aliquo pacto sit; et tandem Glossa concludit tutius esse, ut nullo casu taliter aliquis, vel aliqua recipiatur. Abb. ibi et in cap. *non satis*, eod. tit. dicit, quòd per viam pacti hoc non est licitum, sed per viam cujusdam protestationis simplicis, et quòd ita Glossa potest sustineri; quod el ibi voluit Anton. licèt cautius sit secundum Abb. ut nullo modo hoc fiat. Bart. etiam in l. *Titio centum*, §. 1. *ff. de condit. et demonst.* quærit de valididitate legati facti monasterio, si recipiat aliquam in monialem, et concludit, quòd cautela est quam ponit Glossa in dict. cap. *non satis*, quòd testator dicat: *si tales moniales receperint talem in sororem, eis relinquo centum in alimentis*; et dicit, quòd tunc non est simonia. Balt. tamen in l. 1. colum. 8. vers. *quintò quæritur*, *C. de his quæ pœnæ nomin. relinq*. tenet contra Bart. et dicit non esse hoc simoniam relinquere monasterio, ut recipiant monialem, quia tale legatum non tam relictum videtur monasterio quam puellæ, et quòd continet pietatem et eleemosynam, et dicit, quòd ita servat consuetudo; et idem Bald. in authentica, *res quæ communia*, *C. de legat.* dicit, quòd monasterium non recipit pro ingressu, sed pro alimentis ipsius ingredientis et suffragio vitæ; undè non est simonia, sicut neque est simonia cum datur pro matrimonio carnali; ei ita dicit, quòd servat consuetudo. Dicit etiam idem Bald. in l. 1. colum. 1. *C. de institut. et subst.* valere relictum monasterio factum sub conditione, si Bertam receperit in monialem, et quòd gravari potest monasterium occasione institutionis vel legati, et aliquam recipiant in monialem, vel monachum, et subdit non esse hìc simoniam, sed pietatem; alibi tamen Bald. scilicet in l. fin. colum fin. *C de sponsal.*, voluit quòd sub conditione non sit permissum ita relinquere monasterio, si incipiat à conditione, ut si filiam meam monachaverint; secus tamen si incipiat à supplicatione, ut supplico talibus monialibus, ut recipiant filiam meam, et pro alimentis ejus volo, quòd habeant mille de bonis meis: vide etiam de hoc per Joan. de Imol. in l. *ille autem*, *ff. de hæred. instituend.* per Joan. de Ana. in dict. cap. *non satis*, qui tamen non allegat dicta Bald. in locis superius allegatis. Item Bald. etiam in l. *si quemquam*, 31. *C. de Episcop. et Cleric.* dicit, quòd licèt monasterium supportet onera pro ingredientibus, tamen pro ipso ingressu non potest pacisci de ista quasi dote monialis recipiendæ, quia esset simonia; sed si liberaliter offerrent sine pacto, potest recipere amore Dei. Adverte etiam, quòd S. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 3. dicit, quòd pro ingressu monasterii non licet aliquid accipere, vel exigere quasi pretium. Si tamen monasterium sit tenue, non sufficiens ad tot personas nutriendas, licet exhibere ingressum quidem gratis, sed accipere aliquid pro victu personæ accipiendæ, si ad hoc non sufficiunt opes monasterii: et idem in 4. *sententiarum* dicit, quòd quando monasterium est tenue, potest exigi ab illo, qui in loco illo vult Deo servire, non quasi pretium religionis, sed ut habeat monasterium, unde posset illi providere; si autem secundum eum sine gravamine ecclesiæ potest recipi, simoniacum est aliquid pro receptione exigere; et hanc etiam opinionem tenet Sylvest. in summa, in verbo *simonia*, vers. 15. *quæritur*, ubi allegat. Archiepiscopum Florent. et alios, volens neque pacisci super hoc esse prohibitum, habendo intentionem ad

temporalia pro substentatione, et non ad ipsum monachatum, qui est res spiritualis; subdit tamen, quòd si monasterium esset opulentum, secundum illos, quos ibi allegat, esset simoniacum præsumptive, sicut dicit, quòd semper fecerunt et faciunt aliquæ moniales, quæ de divitiis superbientes, quantò sunt ditiores volunt dotes majores, ita de statu religionis, quasi de statu mundani sponsi judicantes; et demum respondet ad dicta cap. *quoniam*, *de simon.* et ad dict cap *periculoso*, quòd cap. *quoniam* ibi: *sub paupertatis prætextu*, loquitur, secundum Raym. quandò hoc dicebatur in fraudem: vel secundum Hostiens. quando spiritualia non offeruntur gratis, sed fit pactum de temporalibus ad spiritualia, id est, ad jus spirituale; et ad cap. *periculoso*, respondet, quòd imò potiùs facit pro ista sua opinione, et patet ex ratione textus et glosæ, quæ est, ne propter inopiam moniales cogantur exire clausuram: et sic intentio est, ut habeant unde vivant, et reverà si intentio sit pura, laudabile est exigere ab ingredientibus victum, quando monasterium commodè non potest substentare majorem nnmerum; dilatatur enim Dei cultus, et servorum ejus numerus augetur: et certè ista dicta Theologorum satis placent ad intellectum dictorum jurium, quæ tu nota, quia canonistæ Doct. loquuntur cum tremore in quæstione ista, et adde quæ dixi infrà ead *Partita*, tit. 17. l. 13 et prædictis adde, quòd illud, quod pater, vel mater simpliciter offert super altari, quando filia profitetur, habetur loco dotis filiæ, et imputatur in legitimam, secundum Bart. in l. 1. § *si parens*, *ff. si quis à parente fuerit manumissus*, et Bald. in l. *quoniam novella*, *C. de inoff testam.* licèt Petrus de Peru. *in tractatu*, *de societate*, 11. part. quæst. 4. tenet contrarium, dicens, quòd illa pecunia oblata non est ipsius filiæ, sed monasterii, quia illa est incapax proprii, cap. *cum ad monasterium*, in fin. *de statu regul.* et quia si esset loco dotis, esset simonia, juxta notata in dict. cap. *non satis*: ad hæc enim satis patet responsio ex prædictis, et adde Felin. in cap. *ecclesiæ sanctæ Mariæ*, column. 30. et 31. *de constitut.*

(4) *Por suya.* Adde cap. *monachi*, *de statu monachor.*

LEY XXIII.—Que los Prioradgos nin las Encomiendas non las deuen dar por precio, nin los Priores, que fueron elegidos de sus Cabildos, non los deuen tirar de aquellos logares sin derecha razon.

Prioradgos, nin granjas, ni otras cosas non deuen dar en Encomienda a ninguno de la Orden por precio (1) que de, o prometa dar, e aquellos que lo dieren, o lo rescibieren en tal manera, sean echados del oficio de Santa Eglesia. Otrosi los Priores que fueren elegidos de sus Cabildos derechamente en las Eglesias Conventuales, e confirmados de sus Mayorales, desque sus logares touieren, non los pueden dende toller sin causa manifiesta (2) e derecha. E esto seria si echassen a mal las cosas que auian de ver de la Orden; o si non guardassen castidad, o fiziessen otra cosa (3) contra su Regla, porque les pudiessen toller con derecho; o si algunos dellos fuessen omes buenos o provechosos, e los quisiessen mudar de vn logar a otros mayores e mas honrrados.

LEX XXIII.—Dans, aut recipiens pro prioratu, vel grangia, aut alia administratione monasterii pretium, ab officio eclesiastico removetur. Item Prælati ecclesiarum conventualium non debent removeri à suis abministrationibus absque causa rationabili et manifesta, ut si fuerint dilapidatores, aut incontinenter vixerint, aut aliquid dignum privatione commiserint, vel si ob eorum bonitatem oporteret ad meliora loca transferri. Hoc. dicit.

(1) *Por precio.* Intelligit Innocen. in dict. cap. *monachi*, vers. *Prioratus*, undè lex ista sumpta est, de illis prioratibus vel obedientiis, quæ habent annexum jus spirituale, vel bona sibe apropriata, distincta à bonis monasterrii: aliàs si talia temporalia essent de mensa Abbatis vel monachorum, possent tunc Abbas et monachi indicere et statuere, quòd is cui talis prioratus committetur, certum quid annuum solvat de illis reditibus, et non aliundè, et talis monachus potiùs dicetur minister vel custos, quàm prior, quòd sonat in dignitatem, cap. *nisi*, *de præbend.* cap. *volentes*, ad fin. *de privileg.* lib. 6. et ideo dixit Innoc. *non aliundè*, quia monachus caret proprio, unde aliunde id solvere licitè non potest, secundum Hostiens. et Joan. Andr. ibi: et adde, quod habetur de istis prioratibus in Clement. *ne in agro*, §. *cæterum*, *de statu monachor.*

(2) *Toller sin causa manifiesta.* Adde dict. cap. *monachi*, ad fin. et Glos. ibi pro intellectu.

(3) *Otra cosa.* Et ex facilioribus causis removentur Prælati regulares à suis prælaturis, quam sæculares, ut patet hic et in dict. cap. *monachi*, juncto eo, quod ibi notat Abb. ult. notab. et est textus notabilis, ubi et notat Abb. final. notab. in cap. *per tuas*, el 1. *de simon.* Gloss. in cap. *si quis Abbas*, 18. quæst. 2.

LEY XXIV.—Por que razones non deuen dexar en ningund logar vn Religioso solo, nin ponerlo en Eglesia Parrochial.

Solo non deuen dexar morar a ningun Religioso en Villa, nin en Castillo, nin ponerlo en Eglesia Parrochial, mas deue estar en Convento mayor. Pero si acaesciesse que lo ouiessen de poner en otro logar, ha de estar con otros Frayles (1): e esto manda Santa Eglesia, por conortarlo, e darle esfuerço, que pueda lidiar con el diablo, e con el mundo, e con la carne, que son enemigos del alma. Ca segun dixo Salomon (2): En cuyta esta el que biue solo, porque si cae en peccado, non ay quien le ayude a leuantar para que salga del. E lo que dize en esta ley de los Monjes, entiendese otrosi de los otros Religiosos (3), que assi lo deuen guardar e tener. E el Abad e el Perlado mayor, que estas cosas non guardasse con grande femencia, deuenle toller el Abadia.

LEX XXIV.—Non debet monachus extra claustrum commorari, et si oporteat eum alibi poni, debet esse cum aliorum fratrum consortio. Hoc dicit.

(1) *Con otros frayles.* Adde cap. *manachi*, in princip. *de statu monachor.* intellige, quando ecclesia Parochialis est subjecta monasterio, ita quòd ille non desinit esse obedientialis monasterio; secùs si religiosus promoveretur, tanquàm quilibet clericus sæcularis ad ecclesiam parochialem, tunc enim desinit esse monachus primi monasterii, neque ullam habet ampliùs communionem cum primo monasterio, ut in cap. *ne pro cujuslibet*, 16. quæst. 1. et sic non tenetur Abbas sibi dare socium, Gloss. in Clement. *ne in agro*, §. *ad hæc*, in verbo *ad claustrum*, *de statu monachor.* quam dicit menti tenendam Abb. in dicit. cap. *monachi*, 2. notab. et vide per eum in cap. *quod Dei timorem*, penult. colum. eod. tit. et quod dico infrà l. proxima.

(2) *Dixo Salomon.* Ecclesiastes cap. 4.

(3) *Otros Religiosos.* Ut canonici regulares, de quibus tamen vide in cap. *quod Dei timorem*, *de statu monachor.*

LEY XXV.—Por quales razones los Monjes pueden gouernar Eglesias Parrochiales.

Gouernar pueden (1) los Monjes Eglesias Parrochiales (2), e aun auer Cura de almas en ellas, si fueren atales, que puedan biuir en cada una dellas dos Monjes, o dende arriba. Mas si la Eglesia fuesse tan pobre, en que non pudiesse biuir mas de vno, non lo deuen dexar solo (3), segun dize en la ley ante desta: e puedenlos y poner los Obispos, con otorgamiento de sus Mayorales; e esto se entiende, quando las Eglesias donde los ponen, non pertenescen en todo, en temporal e en lo spiritual, a los Monesterios donde ellos son, porque non son todas suyas. Mas si las Eglesias fuessen quitamente de los Monesterios con todos sus derechos, bien los pueden y poner (4) sus Mayorales, sin otorgamiento de los Obispos: e los Monjes que desta manera fuessen puestos en las Eglesias Parrochiales, pueden predicar

en ellas, e baptizar, e fazer todas las otras cosas, que pueden fazer los otros Clerigos (5) de Missa seglares, en las Eglesias que tienen.

LEX XXV.—Si ecclesia parochialis est monasterio in temporalibus et spiritualibus subjecta, potest in ea institui monachus per suum majorem sine diœcesani consensu. Si autem non sit totaliter subjecta, potest institui per Episcopum de voluntate Abbatis ad curam animarum, si reditus duobus saltèm sufficiant, alias non, ne solus commoretur; et sic institui possunt prædicare, baptizare et alia exercere, quæ clerici sæculares possent. Hoc dicit.

(1) *Pueden.* Concordat cum cap. *quod Dei timorem*, *de statu monachor.* et cap. *in parochia*, 16. quæst. 1. et cap. *cum pro utilitate*, et cap. *doctos*, et cap. *si monachus*, *ead. causa et quæstione.*

(2) *Eglesias Parrochiales.* Ad dignitatem episcopalem indubium est secundum omnes, et est textus in cap. 1. 18. quæst. 1. et in Clement. 1. *de elect.* et apertiùs in cap. *si religiosus*, et cap *quorumdam*, *de elect.* lib. 6. ita quòd proceditur per viam electionis, et non est necessaria postulatio; et hoc conceditur propter excellentiam dignitatis Episcopalis, nàm Episcopus appellatur religiosus, cap. *ex multa*, *de voto.* Si verò promotio fiat in eclesia collegiata ad canonicatum, vel aliud beneficium simplex ipsius ecclesiæ collegiatæ, et non potest promoveri, cap. *super eo*, *de regular.* Si verò eligatur ad ipsam dignitatem ecclesiæ collegiatæ vel ad præposituram, et in hoc sunt opiniones, ut refert Abb. in dict. cap. *quod Dei timorem*, nam Hostiens. et Cald. tenent, quod non posset eligit, sed debeat postulari, et sic, quòd sine dispensatione non promovetur; Abb. ibi vult contrarium, cum ratio curæ et prædicationis, ita militet isto casu, sicut si promoveretur ad dignitatem Episcopalem in ecclesia sæculari. Si verò neque promoveatur ad ecclesiam cathedralem, neque collegiatam, sed ad aliam ecclesiam non curatam, et non potest promoveri, quia illam obtinere non potest, ex quo cessat ratio curæ, aut ecclesia est curata, et communiter tenetur, quòd possit promoveri, et ita etiam tenet Abb. in dic. cap. *quod Dei timorem*, ponderans ad hoc illum textum, cum dicit *possunt*, nam hoc innuit non esse necessariam dispensationem; quod enim per dispensationem potest fieri, dicitur non posse fieri secumdum Innoc. in cap. *pastoralis*, *de caus. posses. et propriet.* et cogetur Abbas per superiorem consentire, ut monachus præficiatur ecclesiæ sæculari, ubi non invenirentur idonei et sufficientes clerici, et monachus est bonus prædicator, et honestus in vita, cap. *cum pro utilitate*, *juncta glossa* 16. quæst. 1. et dicit Hostiens. in summa, *de statu monachor.* §. *utrum*, col. 1. quòd non est dicendum esse speciale in dignitate episcopali quoad religiosum præficiendum, quia in hoc potiùs est consideranda salus animarum; et aliqua rectoria invenitur, quæ majorem curam habet, quam duo vel tres aliqui Episcopatus, ut Parisiis ecclesia Sancti Germani, ubi rector curare habet plusquàm quadraginta millia animarum; quod etiam confert ad id, quod supra dictum est de prælatura ecclesiæ collegiatæ, et dicit ibidem Hostiens hæc verba: Caveant igitur sibi amici nostri fratres Prædicatores, et Minores, qui colligentes grana, quæ penes nos inveniunt, vix relinquunt paleas, nam curialiter agerent, si aliquos reddendo nostram inopiam sublevarent: in hoc enim casu propter fœcunditatem spiritualem lippitudo Liæ Rachelis pulchritudini est prælata, et faciliùs conceditur, quòd monachus ad præsulatum ascendat, quam quòd præsul ad monachatum descendat, cap. *nisi cum pridem*, §. *neque putes*, *de renunt.* cap. *licet*, *de regular.* §. *illa semper*: et in casibus, ubi possunt monachi ad ecclesiam sæcularem promoveri, debet fieri cum Abbatis licentia, ut habetur hic, et cap. 1. et 2. 58 dist. et in cap. *si religiosus*, *de elect.* lib. 6. etiam si promoveatur in Papam, ut dixit Gloss. in cap. *quam sit*, 18. quæst. 2. et si Abbas nolit consentire, quando necessitas seu utilitas exigit, compelli potest ad consentiendum propter bonum publicum, secundum Abb. et Doct in dict. cap. *quod Dei timorem*, et dixi suprà: quando tamen in ecclesia monachi collegialiter habitant, quæ ecclesia, seu monasterium habet populum, tunc sæculares clerici ibi sunt ponendi, ut habetur in cap. 1. *de appel. monachor.* et non est præficiendus curæ aliquis monachorum; quod Abb. ibi reputat mirabile, et ibi laborat circa rationem diversitatis, cur in primo casu monachus eripiatur à monasterio, et præficiatur ecclesiæ sæculari, ut dictum est suprà, et tamen in monasterio habente populum monachus curam populi exercere non possit: vide ibi per eum.

(3) *Non lo deuen dexar solo.* Intellige, ut dictum est suprà in l. proxima, et videtur ista lex velle, quòd etiam quando ecclesia parochialis non est subjecta monasterio, non debeat promoveri, nisi habeat socium sui ordinis, quod et vult Abb. in cap. *quod Dei timorem*, *de statu monachor.* ponderans ad hoc illum textum, juncto cap. 2. illius tituli; potest dicit, quòd si commodè haberi possit, non sit aliter præficiendus, secus si commodè haberi non posset, secundùm Anton. de But. ibi; sed istæ LL. Partitarum volunt, quòd non promoveatur monachus ad ecclesiam parochialem sine socio, et notant diversitatem inter monachum et canonicum regularem, ut infrà eod. l. 35.

(4) *Bien los pueden y poner.* Adde cap. *visis*, 16 quæst. 2. et quando dicatur ecclesia ad monachos pertinere pleno jure, vide Gloss. 16. quæst. 2. in summa, et illa ecclesia dicitur pleno jure subjecta, ubi Episcopus non percipit jus Episcopale, cap. *quoniam*, et ibi Abb. 1. notab. *de privileg.*

(5) *Que pueden fazer los otros Clerigos.* Adde § *ecce*, 16. quæst. 1. et vide quod dicit glossa 1. in Clement 1. *de privileg.* et quæ alias non possent, vide in cap. 1. et in cap. *qui verè*, 16. quæst. 1. et Gloss. in cap. *placuit*, 2. quæst. 7.

LEY XXVI.—Quales cosas es tenudo de guardar el Clerigo Religioso que sirue Eglesia Parrochial.

Eglessias Parrochiales teniendo los Clerigos, que fuessen Religiosos, segund dize en la ley ante desta, quitos son de tres cosas (1), que eran tenudos de guardar biuiendo en sus Monesterios, e son estas: que non deuen ayunar, nin tener silencio, nin velar en la manera que manda su regla; ca biuiendo en las Eglesias seglares, non pueden estas cosas guardar nin tener complidamente, por el seruicio que han de fazer en ellas: pero en las otras cosas non son quitos, ca deven vestir su habito (2), e guardar castidad (3), e non deuen auer proprio (4); e demas destas cosas, sou tenudos de ser obedientes a sus Abades, o a los Mayores de sus Ordenes, quando las Eglesias son suyas quitamente (5) en lo temporal e en lo spiritual, e a ellos han de dar cuenta de todas las cosas: mas si el Monesterio non ha en la Eglesia si non lo temporal, estonce deue dar razon al Obispo de lo spiritual: e si non ouiesse ningun derecho el Monesterio en la Eglesia, non es tenudo el Monje de obedescer a su Abad, nin a su Mayoral en ninguna cosa, mas a el Obispo, en cuyo Obispado fuere; e non ha de dezir las Oras como manda su Regla, mas segun la costumbre (6) de aquel Obispado; ca tenudo es cada vno de guardar las buenas costumbres de aquel logar donde biuiere, porque non nazca escandalo, ni discordia entre el e los otros que y fueren: mas si lo fizieren a el Obispo (7) de alguna Eglesia, estonce non auria su Abad, nin otro Mayoral, ningun poder sobre el, nin seria el tenudo de obedescerlo; pero deue traer su habito (8), e guardar castidad, e non auer proprio (9), e es quito de las tres cosas que dize de suso en esta ley.

LEX XXVI.—Religiosus præfectus ecclesiæ sæculari eximitur à jejuniis, silentio, et vigiliis indictis per regulam. Deferre tamen tenetur habitum, et servare castitatem, et non habere proprium; et si ecclesiæ totaliter sunt subjectæ monasteriis, tenentur obedire suis Abbatibus et Præpositis, eisque reddere rationem. Si tamen ecclesia in spiritualibus Episcopo sit subjecta, tenetur obedire Episcopo, eique rationem reddere, et dicet Horas secundum Episcopatus consuetudinem. Item monachus promotus ad diguitatem pontificalem eximitur ab Abbatis obedientia; deferet tamen habitum, vivet sine proprio, castitatem servabit. Hoc dicit.

(1) *Tres cosas.* Adde textum cum glossa in cap. *nemo potest*, 16. quæst. 1. et procedit, sive ecclesia parochialis pertineat ad monsa-